



Repetitio Clem. I. Ut Clericorum De Officio Ordinarii

Aufréri, Étienne

Leodii, 1702

Titulus Secundus De Potestate Ecclesiæ super Laicis & rebuseorum, per
149 casus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63069](#)

Tituli Primi

rei vindicationis pro rebus Ecclesiæ.

63 Quilibet laicus potest agere pro injuria facta sacerdoti.

TITULUS SECUNDUS DE POTESTATE Ecclesiæ super Laicos & rebus eorum, per 149 casus.

- 1 Pro crimine ecclesiastico potest judex Ecclesiasticus capere laicum purum, & eum carceri mancipare.
2. Potest judex Ecclesiasticus pecunialiter punire laicum, ecclesiæ temporaliter subjectum.
3. In concernentibus pietatem.
4. Pro quolibet peccato.
5. Judex laicus monitus tertio iusticiam ministrare cler. si non fecerit est excommunicatus.
6. Potest judex Ecclesiasticus mandare seculari judici sub pena excommunicationis, ut non exequatur testamenta usuriorum,
7. Idem de testamento incestuosi.
8. Potest Ecclesiasticus prohibere seculari judici ne procedat contra clericum etiam coram laico litigare volentem.
9. Potest judex Ecclesiasticus mandare seculari judici, ut non cognoscat de causa dependenti à causa coram ecclesiastico inchoata.
- 10 Potest episcopus interdicto subiungere locum, quando offi. temporales nolunt remittere clericum.
- 11 Potest judex ecclesiasticus sibi eligere tribunal, & in ecclesia & in camera sua.
- 12 Potest judex Ecclesiast. in sententia criminalium reservare gratiam Domini.
- 13 Si fuerit compromissum in clericum, & laicum & appelletur, episco. potest audiri.

De Potestate:

- 14 Vbi Clericus & Laicus simul pronunciant appellatur ad epis.
- 15 Vbi Collegium est pro majori parte clericorum denominatur Ecclesiasticum.
- 16 Si plures sunt laici quam clerici tunc est sacerdotale.
- 17 Si plures simul sunt inquisiti quorum unus est clericus qui petit se remitti, omnes alii etiam laici remitti debent.
- 18 Si arbitrator est clericus, reformatio sui laudi petitur coram clero superiore.
- 19 Si epis. judicat & habet jurisdictionem temporalem in qua non recognoscit superiori em temporalem quia non habet in feudum, appellat ad Ecclesiasticum superiorem.
- 20 Judex Ecclesiast. ratione juramenti cognoscit inter laicos.
- 21 Pro simulato contraetu vel usurario a quibus est petita dispensatio a juramento agitur coram dispensante.
- 22 Ratione juramenti praestiti per defunctum ejus haeres convenitur coram ecclesiastico.
- 23 Laicus etiam serviens regi conveniri potest coram judice ecclesiastico ratione armorum sibi per servientem sublatorum.
- 24 Epis. potest habere familiares & servientes armatos pro custodiendis scalatis vel ducendi ad carcerem longinquum.
- 25 Epis. cognoscit de delicto officiariorum suorum delinquentium in suo officio, etiam si sint laici.
- 26 Judex Ecclesiast. potest compellere judicem laicum per excommunicationem ad sibi danandum familiam & auxilium, ut sententia ecclesiastici exequatur etiam non monstrato processu.
- 27 Causa dotis coram Ecclesiast. deduci potest.
- 28 Ecclesiasticus iudex potest compellere ha-

Tituli Primi

redem defuncti ad satisfaciendum de delicto de-
functi pro anima exoneranda.

29 Ecclesiasticus iudex potest compellere laicos
ad observandum laudabiles consuetudines Ec-
clesiae.

30 Ecclesia potest se intromittere de notorio
crimine ut pæniteat & satisfaciat.

31 Quando iuriūdictio Ecclesiastici proroga-
tur à laicis, cognoscit legitimè iudex Ecclesi-
sticus inter laicos.

32 Contra blasphematores.

33 Contra violatores pacis.

34 Imponit pœnam verberum.

35 Creant tabelliones in eorum jurisdictione
& in spiritualibus.

35 Clerici etiam prælati possunt licetē arma
movere & in propria persona pbellum indicere
vel gerere de mandato Papæ.

36 In causis miserabilium personarum.

37 Episcopus habet fiscum.

38 Ecclesia potest compellere laicos ad treu-
gam.

39 Clericus potest convenire suum expoliato-
rem coram Ecclesiastico.

40 Subditus imperatori potest ipsum imperato-
rem conveniri coram Papa.

41 Clericus patronus cum laico facit censeri jus-
patronatus esse Ecclesiasticum.

42 Judices sacerdotes possunt cogi per censu-
ram Ecclesiasticam ut repellant excommuni-
catos ab agendo & testificando in curiis sacer-
taribus.

43 Judex sacerdotalis qui vult compellere cleri-
cum ad debitum liquidum solvendum desiste-

re

De Potestate.

- recompellitur per Ecclesiasticum judicem.
- 44 Ecclesiasticus compellit sacerdotem judicem ad observandum jus canonicum quod ad provisionem animarum statutum est.
- 45 Idem quo ad admittendum fieri executionem de judicato per judicem Ecclesiasticum.
- 46 Ecclesiasticus cognoscit inter temporales ubi habet tempore dominium.
- 47 Cognoscit ecclesiasticus de causis matrimonialibus spiritualibus etiam annexis.
- 48 Ex delegatione facta à temporali cognoscit Ecclesiasticus circa sanguinem.
- 49 Per reconventionem.
- 50 Per præoccupationem in criminibus mixtis prohibitibus ab utroque jure.
- 51 Inter Laicos qui sunt de familia Ecclesiae.
- 52 Quotiens est quæstio de fide.
- 53 De criminibus per jus canonicum introductis,
- 54 Vbi judex laicus est negligens.
- 55 Contra verberantes monachos conversos aut moniales.
- 56 Contra inobedientes sententia delegati.
- 57 Contra habentes litteras Apostolicas falsas.
- 58 Contra incendiarios quarumcunque rerum.
- 59 Contra effractores ecclesiarum.
- 60 In principes & officiarios sacerdotes qui tertio moniti recusant facere justiciam super causis Ecclesiarum.
- 61 Contra illos qui recipiunt Papam electum à paucioribus quam à duabus partibus.
- 62 Omnes qui angariatas & exactiones indebitas imponunt ecclesiasticis personis

O 3

63 Con-

Tituli Primi.

- 63 Contra recipientes res Ecclesiæ medio alienationis facto à scismatico,
64 Contra expoliantes Christianos naufragium patientes.
65 Contra facientes observari statuta & consuetudines contra Ecclesiam factas.
66 Contra insectantes cardinales, aut familiares Papæ & cardinalium scientes & consentientes auxiliantes.
67 Contra eos qui dant licentiam offendendi eos qui excommunicationis aut interdicti sententiam tulerunt,
68 Contra omnes qui in domo serviunt iudeis paganis aut sarracenis,
69 Contra deferentes equos, arma, aut alia Saracenis, Turcis aut Paganis,
70 Contra injuriantes Episcopos,
71 Frangentes interdictum,
72 Contra assentientes electioni Senatorum Romæ sine licentia Papæ,
73 Contra alloquentes cardinales in conclavi aut mittentes aliquem,
74 Damnificantes viros ecclesiasticos, eo quod noluerunt eligere aliquem ad preces illorum.
75 Contra occupantes bona Ecclesiæ prætextu regalis,
76 Contra extorquentes absolutionem per vim,
77 Contra compellentes aliquos prælatos ad subiiciendum Ecclesiæ vel bona illarum,
78 Contra exigentes pedagia à viris Ecclesiasticis pro se & rebus suis,
79 Contra impedientes jurisdictionem delegatorum,

80 Con-

De Potestate.

- 80 Contra prohibentes subditis suis ne vendant viris Ecclesiasticis, aut emant aut molant vel si milia,
- 81 Contra præceptores, qui docent leges religiosis habitu relieto,
- 82 Contra sepelientes hæreticos,
- 83 Contra temporales cognoscentes de criminis hæresis & contra impedientes ecclesiasticos judices ne cognoscant,
- 84 Contra assassinos vel mandantes per eos interficere aliquem,
- 85 Contra locantes domos usurarijs ad fenus exercendum,
- 86 Contra concedentes repræsalias contra ecclesiasticos viros,
- 87 Contra detinentes sequastrum post sententium diffinitivam,
- 88 Contra impedientes visitatores monialium,
- 89 Contra assumentes statum beguinarum,
- 90 Contra omnes scienter contrahentes matrimonium in gradibus consanguinitatis,
- 91 Contra omnes approbantes quod usuræ solvantur,
- 92 Contra participantes cum excommunicatis publicè in crimine damnato.
- 93 De arris datis in matrimonio Ecclesia cognoscit.
- 94 Episcopus potest esse delegatus principis.
- 95 Licetè prælati impediunt consilium & auxilium dominis temporalibus pro conservatione rei publicæ.
- 96 Episcopus potest excommunicare principem laicum suæ dioecesis.

Tituli Primi

- 97 Episcopus potest administrare bona principis laici, & tamen pro reddenda ratione non potest incarcерari.
- 98 Episcopus ratione juramenti poterit cognoscere de pravitate vel simulatione contractus.
- 99 Si iudex sacerdotalis est suspectus, tunc potest adiri episcopus.
- 100 Cognoscit episcopus de conventicula laicorum.
- 101 De dote etiam nudo modo promissa.
- 102 Exequitur sententiam latam per laicum contra Clericum reconventum.
- 103 De laudo laico contra clericum.
- 104 De clero convento, succedente laico.
- 105 Restituit in integrum Clericum minorem contra laicum.
- 106 De clero cōrēo debendi cum laico.
- 107 De quocunque peccato laici.
- 108 De miserabili persona.
- 109 Compellit judicem sacerdotalem facere iustitiam.
- 110 Concurrit cum sacerdotali iudice, aliquando in cognitione.
- 111 Papa est iudex omnium, quamvis non habeat exercitium
- 112 Papa habet jurisdictionem in omnes laicos, quantum ad decidenda dubia legistarum in quibus sunt variæ opiniones.
- 113 Papa deponere potest laicum à sua dignitate.
- 114 Papa potest absolvere laicos à subiectione principis,
- 115 Ex causa Papa potest absolvere aliquem

ab

De Potestate:

ab obligatione quæsita laico contracta ex fidei
præstatione solvi.

116 Ecclesiasticus iudex cognoscit de novi operis
nunciatione facta per clericum;

117 Cognoscit etiam de l. diffamari in casibus
concernent. forum Ecclesiasticum.

118 Pro quolibet damno dato potest adiri iudex
Ecclesiasticus, ut generaliter excommunicet,

119 Potest astringere partes ad concordiam
quando lis multum duravit , & est intricata.

120 Potest absolvere vel punire punitum vel
absolutum à sacerdotali de crimine punibili per
Ecclesiam,

121 cognoscit de causis conditione cap. re inte-
grando intentatis,

122 Cognoscit de interdicto uti possidetis in-
tentato per clericum contra laicum,

123 De omni fraude facta Ecclesiæ aut reb,

124 Ubiunque reperitur iudicem Ecclesiasti-
cum posse excommunicare laicum,

125 De omni crimen, ut pœnitentia impo-
natur,

126 Papa succedit vacante principatu non co-
gnoscere superiorem,

127 Emphiteota potest per iudicem Ecclesiasti-
cum compelli ad reficiendum rem emphiteo-
tecam.

128 Ecclesiarum ordinarii possunt compelle-
re omnes judices sacerdtales & dominos ut per-
mittant administrare sacramenta pœnitentiæ
& Eucharistiæ damnatis ad mortem peten-
tibus.

129 Cognoscit contra revelantes peccata dicta
laicorum

Tituli Primi

- laico in confessione necessitatibus.
- 130 Contra piratas , latrunculos , cursores & eorum receptores.
- 131 Contra imponentes nova pedagia
- 132 Contra invadentes seu impedientes victuallia ad usum Romanæ curiæ necessaria.
- 133 Contra expoliantes vel mortem injicentes sine jurisdictione.
- 134 Contra se subtrahentes ab obedientia Romani pontificis.
- 135 Contra usurpantes jurisdictionem Ecclesiasticam,
- 136 Contra injuriantes peregrinos , ad urbem euntes.
- 137 Contra occupantes res Romanæ Ecclesiæ,
- 138 Contra exenterantes corpora mortuorum; ut carnem ab ossibus separent.
- 139 Contra facientes libellos diffamatorios contra ordinem minorum & prædicatorum.
- 140 Contra intrantes monasteria monialium.
- 141 Contra scholares Bononiæ conducentes domos aliorum , &c.
- 142 Contra male dirigentes moniales in electionibus Abbatissarum.
- 143 Contra procurantes ut conservatores sibi dati se intromittant de aliis quam de manifestis offensis.
- 144 Contra fingentes causam ut iudex vadat ad mulierem personaliter ad testimonium ferendum.
- 145 Contra novas religiones vel habitus assumentes.
- 146 Contra accipientes res Ecclesiæ alienatas, in casu non permisso.

147

De Potestate

147 Iudex Ecclesiasticus habet dare auctoritatem in actibus spiritualibus gerendis cum minore.

148 Quando pater vult emancipare filium clericum & ei dare partem hoc potest fieri coram judice ecclesiastico.

149 Iudex Ecclesiasticus potest compellere sacerdalem iudicem, ut liberet quemcunque captivum quem in carcerem iuste detinet.

F I N I S Fallentiarum.



TRA